


Bulla Undecime Sessionis Reformationis Predicatorum divini verbi: lecta per R. p. d. Joannem Epum Revalien. Illustrissimorum Principum dñorum Joachim Principis Electoris: ac Alberti Magni Magni Militie ordinis Theutonicoz: Marchionum Brandenburgensium Oratorem.



2-17  
Bulla Undecime Sessionis Reformationis Predicatorum diuini uerbi: lecta per R. p. d. Joannem Epum Reualien. Illustrissimorum Principum dñorum Joachim Principis Electoris: ac Alberti Magni Magni Militie ordinis Theutonicoꝝ: Marchionum Brandenburgensium Oratorem.



**LEO** Episcopus seruus seruorum dei/  
Ad perpetuam rei memoriam/Sacro approbante  
Concilio. ¶ Superne Maiestatis presidio/per cu-  
ius ineffabilem prouidentia celestia/simul & ter-  
rena diriguntur, super Gregem dominicū nobis  
cōmissum, speculatoris officium (quantum imbe-  
cillitati nostre cōceditur) exercentes: totaq; men-  
te nobiscum ipsi reuoluētes, inter alia complura/  
& magna ad nos etiam pertinere/ ut munus pre-  
dicationis: quod in Ecclesia dei precipuū/ac per-  
necessarium/magniq; fructus/atq; utilitatis, dū/  
modo recte/ & ex sincera caritate erga deū, & pro-  
ximū/ preceptisq; / & exemplis sanctorū Patrum/  
qui hoc profitētes magna cum fidei fundatione/  
ac propagatione / plurimū Ecclesie contulerunt,  
exerceatur. Quippe quod Redemptor noster pri-  
mus fecit / & docuit: & eius precepto / & imita-  
tione, Duodenus ille Apostolorū numerus/ quasi  
totidem celi/ dei ueri gloriam enarrantes/ per or-  
bem terrarum, uniuersum genus humanū/ quod  
sub peccati iugo uetusta seruitute continebatur,  
sensim ab eorum tenebris educentes/ & ad perpe-  
tue salutis lucem excitātes, uerbum ipsum dei in  
omnem terram / & in fines orbis terre / tum ipsi  
prius/ tū deinde sui successores/ longe, lateq; pro-

pagatierunt/ altissimeq; fundarunt : ut qui nunc tantum subeunt onus/meminisse debeant/ creberimeq; secum reuoluere/ preter Autoris ipsius/ ac fundatoris Iesu Christi pientissimi Redemptoris/Petri/etiam & Pauli/ceterorumq; Apostolorum/ & domini discipulorum se uices quo ad hoc officium subire/ac sustinere. Sane fidedignorum relatione percepimus/q; nonnulli Predicatores nostris temporibus (quod dolenter referimus) non attendentes se eorum/quos diximus/& insuper sanctorum Ecclesie doctorum/aliorumq; sacram Theologiam profitentium : qui assistendo iugiter christianis/ac se falsis Prophetis/ rectam fidem subvertere annitentibus/opponentes/Ecclesiam militan-tem illustrissimam prius per se talem eam esse manifestarunt, officium exercere: & non nisi utilia concurrenti eorum sermonibus populo/ad uitiorum extirpationem/uirtutum laudem/animarum denique salutem fidelium meditanda/ & proferenda debere assumere : multa tamen/ & uaria contra institutiones/& exempla, que diximus/ quandoq; etiam scandalosa populis predicare/quod mentem certe nostram mirum in modum commouit/ dum nobiscum ipsi mente reuoluimus/q; illi officii imemores sui in suis sermonibus/non ad utilitatem audientium/ sed ad suam potius ostentationem laborantes, ua-

nis quorundam auribus blandiuntur : qui ad hoc iam deuenisse apparent/ut uerificetur dictum Apostoli ad Timotheum ita scribentis : Erit enim tempus/cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria iugiter coaceruabunt sibi Magistros prurientes auribus/& a ueritate quidem auditum auertent/ad fabulas autem conuertentur : Quorum falsas / ac inanes mentes predicantes ipsi prefati non modo in rectam/ueramq; uiam reducere minime student / sed illa maioribus etiam erroribus implicant, dum sine ulla Canonum attestacione/uel reuerentia/imo contra ipsas canonicas sanctiones/sacre scripture sensum/ multifariam pervertentes/temereq; ac perperam plerumq; interpretantes, contra ueritatem predicare/ terroresq; ac minas / multaq; alia propediem affutura, iamque ingruentia/ nulla prorsus legitima ratione muniti : sed suo dumtaxat sensui obsequentes/ comminantur/representant/adesseq; asseuerant, plerumq; etiam uana quedam/& inania/ & alia homini populis ingerere : & quod enormius est/ab eternitatis lumine/ & Sancti spiritus admonitione/ aut infusione illa se habere/asserere audent. Cumq; ii sub confictorum miraculorum mendaciis uarios errores / fraudesq; disseminant/denique populos, quos in euangelica doctrina sedulo instruere/& in uera fide re-

tinere / & conseruare deberent : sermones suos a  
sensu / & preceptis uniuersalis Ecclesie retrahen-  
tes / a sacrisq; Constitutionibus ; quas maxime se-  
qui deberēt , deuiantes / auditores suos amouent/  
ac longe faciunt a salute ; Per hec nāq; / & alia hu-  
iusmodi / simplices homines , ut ad deceptionē  
procliuiōres a uia salutis / & obedientia Romane  
Ecclesie declinantes / in errores uarios perfacile in-  
ducūtur ; Propterea Gregorius muneris peritissi-  
mus / & feruore caritatis incensus / predicatorum ue-  
hementer hortatur / & monet , ut dicturi ad popu-  
lum / prudentes / cautiq; accedant ; ne dicendi im-  
petu rapti / uerborū errorib; / quasi iaculis / audien-  
tium corda configant ; Et cū sapientes fortasse ui-  
deri desiderant / decepti / sperate uirtutis cōpagem  
insipienter discendant ; Sepe nanq; uerborū effe-  
ctus amittitur / cū loquacitate importuna / uel in-  
cauta / audientium corda leuigantur , & sane in nul-  
lo alio rudem in plebem maiori dāno / scandaloq;  
afficiunt / q̄ cum , uel tacenda predicant , uel falsa /  
& inutilia docendo / eam in errorem inducunt ;  
Que quoniam huic sacre religioni / diuinitus in-  
stituta , ut noua / & aliena / omnino contraria esse  
noscentur , graui certe / accuratoq; sunt examine  
digna / ne scandalum populo christiano / & suorum  
auctorum / ac aliorum animabus interitū pariant ;

Nos igitur sancte dei Ecclesie / cui disponente do-  
mino presidemus ; que quidem una est / & unum  
deum predicat / colit , ac unam fidem firmiter / &  
sincere cōfitemur / iuxta illud Prophete uaticiniū :  
Qui habitare facit unius moris in domo , unifor-  
mitatem ( quantum cum deo possumus ) postha-  
bitam reducere / & retentam cōseruare ; Quiq; po-  
pulo uerbum dei predicant / tales esse cupientes ,  
ut eorum predicatione dei Ecclesia nullum scan-  
dalum patiatur / & si qui corrigibiles sunt / ab iis ,  
que proximis / nostrisq; tēporibus presumpserūt :  
Cum nōnullos eorum / preter illa que diximus / in  
predicationibus suis / nō uiam amplius dñi in uir-  
tute docentes / nō Euangelium ( ut deberent ) ex-  
planantes , sed conficta miracula / & noua / ac falsa  
uaticinia / aliaq; leuia / & ab anilibus fabulis parū  
distantia / magnūq; scandalū parientia / nulla de-  
uotionis / & autoritatis ; eiusq; improbantis / ac re-  
pellētis hec / habita ratione uastis clamoribus im-  
primere / ac suadere ubiq; conantes ; Et ne Ponti-  
ficali quidem dignitate fulgētibus / & aliis Eccle-  
sie Prelatis parcentes / quibus potius honorem / ac  
reuerentiam exhibere deberent ; sed in eorū perso-  
nas / ac statum audacter / ac temere inuehi consue-  
uisse constet / in futurum abstineant , ut tam peri-  
culosum / contagiosumq; malum / ac mortifera pe-

illis radicatus euellatur : & arefactum / ita penitus  
deleatur , ut nec memoria eius remaneat : Sacro  
approbante Cōcilio statuimus / & ordinamus , ut  
nullus / tam Clericus secularis / q̄ cuiuscūq; / etiam  
Mendicantiū ordinis regularis / aut quouis alius ,  
ad quem facultas predicādi / tam de iure / q̄ de con  
suetudine / uel priuilegio / aut alijs ptinet , ad hmōi  
officium exercendum admittatur / nisi prius per  
superiorem suū respectiue diligēter examinatus ,  
in qua re conscientia ipsius superioris oneramus :  
ac morū honestate / etate / doctrina / probitate / pru  
dētia / & uite exemplaritate ad illud aptus / ac ido  
neus reperiatur : & hic quocūq; postea predicatu  
rus accesserit / de hmōi examine / & idoneitate sua  
per literas authenticas / seu alijs sui examinatoris / ap  
probatorisq; , Episcopis / & alijs locorū Ordinariis /  
fidem legitimā faciat . Mandantes omnibus : qui  
hoc onus sustinent : quiq; in futurū sustinebunt :  
ut euangelicam ueritatem / & sacram scripturam /  
iuxta declarationem / interpretationem / & amplia  
tionem Doctorū : quos Ecclesia / uel usus diutur  
nus approbauit / legendosq; hactenus recepit / &  
imposterum recipiet , predicent / & explanent : nec  
quicq; eius proprio sensui contrariū / aut dissonū ,  
adiiciant : sed illis semper insistant / que ab ipsius  
sacre scripture uerbis rite / ac sane / & prefatorum

Doctorum interpretationibus intellectis / nō dis  
cordant . Tempus quoq; prefixum futuroꝝ malo  
rum / uel Antichristi aduentum / aut certum diem  
iudicii predicare , uel asserere / nequaq; presumāt :  
cum ueritas dicat , Nō esse nostrum nosse tempo  
ra / uel momenta : que Pater posuit in sua potesta  
te . Ipsosq; / qui hactenus similia asserere ausi sunt /  
mentitos : ac eorum causa , reliquorum / etiam re  
cte predicantium autoritati / nō modicum detra  
ctum fuisse constet . Inhibentes omnibus / & sin  
gulis Clericis secularibus / & regularibus prefa  
tis : ceterisq; cuiuscūq; status / ordinis / & conditio  
nis existant : qui hoc onus assument , ne de cetero  
in sermonibus suis publicis , alia queq; futura / q̄  
que ex literis sacris constant , predicere : nec illa a  
Spiritusctō / uel diuina reuelatiōe se habuisse affir  
mare : & alienas / inanesq; diuinationes asseueran  
da / aut alio quoq; modo tractanda assumant : sed  
ex diuine uocis precepto / Euangeliū omni creatu  
re / cum uitioꝝ detestatione / & uirtutum cōmen  
datione , enucleent / & declarent : & pacem / ac dile  
ctionem mutuā / a Redemptore nostro tāto opere  
cōmendatam / ubiq; fouentes , nō scindāt Vestem  
inconfutilem Christi : sed ab Episcopos / & Prela  
torum / ac aliorum superiorū / eorumq; status scan  
dalosa detractione : quos corā uulgo / & laicis non

modo incaute/sed etiã intemperãter reprehendũt  
& mordent: & ab eis male gestorũ (expressis quã-  
doq; nominibus) aperta/& manifesta redargutio-  
ne abstineant: Deniq; Constitutionem fe. re. Cle-  
mentis Pape Quinti: que incipit, Religiosi: quã  
tenore profentiũ innouamus/& approbamus, in-  
violabiliter ab eis obseruari debere decernimus:  
ut hac ratione ad utilitatem populi predicantes,  
& cum dño lucrifacientes/ talentum quod ab illo  
acceperant superlucrari/& eiusdem gratiã/& glo-  
riam consequi mereantur. Ceterum / si quibus-  
dam dominus futura quedam in dei Ecclesia in-  
spiratione quapiam reuelauerit/ut per Amos Pro-  
phetam ipse promittit, & Paulus Apostolus pre-  
dicatorum Princeps: Spiritum inquit nolite ex-  
tinguere, Prophetias nolite spernere: hos aliorũ  
fabulorum/& mendaciũ gregi cõnumerari/ uel  
aliter impediri minime uolumus: Extinguit nãq;  
ipsius gratia spiritus (Ambrosio teste) si incipien-  
tibus loqui/feruor contradictione sopitur/& tunc  
Spiritu sancto iniuriã certe fieri dicitur. Et quo-  
niã res magni momenti est, eo/ q; nõ de facili cre-  
dendum sit omni spiritui/sed sint probandi spiri-  
tus (teste Apostolo) an ex deo proueniant, Volu-  
mus/ut lege ordinaria tales asserere inspirationes/  
anteq; publicentur/aut populo predicentur/ex nũc

Apostolice Sedis examini reseruate intelligatur:  
Qd si sine more periculo id fieri non ualeret: aut  
urgens necessitas aliud suaderet / tunc eodem or-  
dine seruato, Ordinario loci notificentur, ut ille/  
adhibitis secum tribus/aut quatuor doctis/& gra-  
uibus uiris, & hmõ negotio cum eis diligenter  
examinato/ quando id expedire uidebunt/ super  
quo eorum conscientias oneramus/licentiam con-  
cedere possint. Si qui autem in hmõ predicatio-  
nibus miracula falsa/ aut incerta, uel Prophetias  
que ex sacra scriptura nõ constant, predicare: seu  
Ep̄is/aut eorũ superioribus prefatis detrahere ausi  
fuerint/ultra penas cõtra tales a iure statutas/ex-  
cõicationis etiã sniam: a qua nõ, nisi a Ro. Pont.  
(preterq; in mortis articulo cõstituti) absolui pos-  
sint, eos incurrere uolumus: Et ut eorũ exemplo  
alii attentare similia minime audeant/eis predica-  
tionis etiam officium interdictum esse perpetuo  
decernimus: Nõ obstantibus Constitutionibus/  
& Ordinationibus/ac priuilegiis/indultis/ & lite-  
ris Apostolicis, Ordinibus/ & personis prefatis:  
etiam in Mari magno comprehensis: ac etiam a  
nobis forsan approbatis/ innouatis / uel etiam de  
nouo concessis: que quo ad hoc nolumus eis in  
aliquo suffragari. ¶ Nulli ergo omnino hominũ  
liceat hanc paginã nostrorũ statuti/ ordinationis/

operationis/mandati/inhibitionis/innouationis/  
approbationis/ decreti/ & uoluntatis infringere :  
uel ei ausu temerario contraire + ¶ Si quis autem  
hoc attentare presumpserit/indignationem omni  
potentis dei / ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum  
eius se nouerit incursum + Dat[um] Rome in publica  
Sessione in Lateranens[is] Sacrosancta Basilica solē  
niter celebrata + Anno Incarnationis dñice Mille  
simoquingentesimosexto + xix + Decembris  
Pontificatus nostri Anno Quarto +

D. de Comitibus +